

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 20: De perseverantia (5)

Idem (Gregorius):

Virtus boni operis perseverantia est.

Vnde contigit ut eum sola tunc uideret, quae remansit ut quaereret,
quia nimirum uirtus boni operis perseverantia est,
et uoce Veritatis dicitur:
Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 2.25 (CCSL 141,
R. Étaix ed., p.205, ll.15-18).

Incassum quippe bonum agitur, si ante terminum vite deseritur.

Incassum quippe bonum agitur si ante terminum uitae deseratur,
quia et frustra uelociter currit qui prius quam ad metas ueniat deficit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 1.37 (CCSL 143, M. Adriaen ed.,
p.57, ll.1-4).